



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quo ordine & loco restituendu[m] sit cap. 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

usque ad testamentum differunt, dilucidare, nullus tamen res restituere tenetur cum periculo famæ vel notabili propriæ rei ultra debitum, nisi quando creditor ex dilatatione solutionis simile detrimentum pateretur, sed neque etiam cum periculo propriæ vitæ, licet creditor esset in eodem periculo (nisi is esset persona Reipub. multum necessaria) nimirum quia talis necessitas inducit dominium rei, secus vero de infamia. unde si alteruter deberet incurrere infamiam, debitor teneretur ad eam subenundam. In necessitate, iusto vel iniusto titulo aliquid accipiens, cum ad pinguiorem fortunam venerit, restituere tenetur.

Quo ordine, & loco restituendum, sit. Cap. 25.

Quando debitor potest omnia debita soluere, non est neces-

sarius restitutionis ordo, secus vero, primo; quæ habet apud se ratione rei acceptæ, domino restituere debet, & eo deficiente, pauperibus, inter ea autem quæ debet ratione acceptio[n]is, prius certa ceu quorum domini cognoscuntur quam incerta: & inter illa prius debita licite contracta, quam usuras. In aliis iura particularia conimunitatis, vel communia statuta prouinciæ, vel regionis obseruanda sunt, ut primo debita, ad quæ bona debitorum fuerunt obligata.* Secundo, conjugum dotes.* Tertio, quæ fisco, debentur.* Quarto debita ad quæ bona creditorum sunt tacite Hypothecata.* Quinto, deposita perdita in potestate debitorū.* Sexto ea quæ debentur priuilegiatis seu qui habent priuilegium ut illis soluatur priusquam aliis. Septimo, quæ debentur aliis creditoribus,* Octauo, usuræ, vijmo, bona in-

certa. Eo loco facienda est restitu-
tio ratione rei acceptæ , vbi res
reperitur, ratione iniustæ actionis,
vbi dominus voluerit, seruando
illum indemnem , ratione iuste
ceptionis, vbi ex pacto conue-
nerūt, quod si expressè non cōue-
nerūt vbi coram iudice deputato
conueniri potest debitor.

*Quæ causæ excusant à restitu-
tione. Cap. 26. & 27.*

Septē sunt causæ à restitutione
excusantes.* Prima, Spontanea
veri creditoris remissio , vel
condonatio.* Secunda. Recom-
pensatio æquivalens in alia re pe-
cunia æstimabili. * Tertia, Cessio
bonorum quæ si non sufficient,
& debitor postea redeat in pin-
guiorem fortunam , debet quod
velicuum est restituere.* Quarta,
Vſucapio, & Praescriptio. est autem
Vſucapio *acquisitio dominii renū-